plantabitis nec habebitis: sed in taberna
culis habitabitis cunctis diebus vestris
ut vivatis diebus multis super faciem
terre in qua vos peregrinamini. Obe
divimus ergo voci ionadab filii re
chab patris nostri in omnibus que precepit
nobis: ita ut non biberemus vinum
cunctis diebus nostris. nos et mulieres
nostre et filii et filie nostre. et non hedifica
remus domus ad habitandum nobis. et vine
am. et agrum et sementem non habui
mus habitavimus in tabernaculis. et obe
dientes fuimus iuxta omnia que precepit
nobis ionadab pater noster. Cum autem ascen
disset nabuchodonosor rex babylonis
ad terram nostram: diximus venite et in
grediamur ierusalem a facie exercitus
syrie et mansimus in ierusalem. Et fac
tum est verbum domini ad ieremiam dicens.
Hec dicit dominus exercituum deus israel. Va
de et dic viris iuda: et habitatoribus
ierusalem. Numquid non recipietis discip
linam. ut obediatis verbis meis. di
cit dominus? prevaluerunt sermones io
nadab filii rechab quos precepit fili
is suis ut non biberent vinum: et non
biberunt usque ad diem hanc. qui obe
dierunt precepto patris sui. Ego autem
locutus sum ad vos de mane consurgens
et loquens. et non obedistis mihi. Misique
ad vos omnes servos meos prophetas. con
surgens diluculo. mittensque et dicens.
Convertimini unusquisque a via sua pe
ssima. et bona facite studia vestra. Et
nolite sequi deos alienos. neque cola
tis eos: et habitabitis in terra quam dedi
vobis et patribus vestris. Et non inclinastis
aurem vestram. neque audistis me. Fir
maverunt igitur filii ionadab filii
rechab preceptum patris sui quod prece
perat eis. Populus autem iste non obe
divit michi. Ideo hec dicit dominus exer
cituum deus israel. Ecce ego adducam super
iudam. et super omnes habitatores ie
rusalem universam afflictionem quam
locutus sum adversum eos: eo quod lo
cutus sum ad illos et non audierunt.
vocavi illos et non responderunt mi
chi. Domui autem rechabitarum dixit
ieremias. Hec dicit dominus exercituum
deus israel. Pro eo quod obedistis precepto iona
dab patris vestri. et custodistis omnia
mandata eius. et universa que precep
it vobis: propterea hec dicit dominus exercituum
deus israel non deficiet vir de stirpe iona
dab filii rechab. stans in conspectu
meo cunctis diebus. XXXVI

xxxvi.

Et factum est in anno quarto ioachim
filii iosie regis iuda: factum est verbum
hoc ad ieremiam a domino dicens. Tolle
volumen libri. et scribe in eo omnia verba que
locutus sum tibi adversum israel et iudam. et ad
versum omnes gentes a die qua locutus sum ad te
ex diebus iosie usque in diem hanc. si for
te audiente domo iuda universa
mala que ego cogito facere eis. Revertatur
unusquisque a via sua pessima. et propi
tius ero iniquitati et peccato eorum. Voca
vit ergo ieremias baruch filium ne
rie. et scripsit baruch ex ore ieremie omnes
sermones domini quos locutus est ad eum.
in volumine libri. Et precepit iere
mias baruch dicens. Ego clausus sum
nec valeo ingredi domum domini. Ingre
dere ergo tu. et lege de volumine in
quo scripsisti ex ore meo verba domini. a
udiente populo in domum domini in die ie
iunii. insuper et universo iuda audientibus
qui veniunt de civitatibus suis leges
eius si forte cadat oratio eorum in conspectu
domini et revertatur unusquisque a via sua pes
sima. quoniam magnus furor et indigna
tio quam locutus est dominus adversus populum
hunc. Et fecit baruch filius nerie
iuxta omnia que preceperat ei ieremias
propheta legens ex volumine sermones
domini in domo domini. Factum est autem in
anno quinto ioachim filii iosie regis
iuda in mense nono predicaverunt
ieiunium in conspectu domini omni populo in
ierusalem et universe multitudini que conflu
xerat de civitatibus iuda in ierusalem. Le
gitque baruch ex volumine sermones
ieremie in domo domini in gazophila
cio gamarie filii saphan scribe. in
vestibulo superiori in introitu porte

License: public_domain – Cambridge, MA, Harvard University, Houghton Library, MS Typ 30.1, (seq. 32) – Jeremiah and Lamentations (https://fragmentarium.ms/view/page/F-zshm/1117/15761)